



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dominicas Per Annum

Höger, Franz


Ingolstadij, 1726

VD18 90197089

Dominica VI. post Epiphan.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53055)

merentur à Deo desereri. III. Qui sine
sua culpa in eas incidunt, & Dei misericordiam
ricordia & hominum commiserationem
sunt digni. *Diction. Apost.*



DOMINICA VI post EPIPHAN.

*Peccatum
Veniale.*

THESIS I. *Minimum quidem est
in omnibus seminibus. Matth. 13. v. 31.*
Peccatum Veniale ex triplici argumen-
to vitandum est. I. Quia disponit ad
peccata mortalia. II. Quia Christus
afficit tormentis omnibus, excepta
morte. III. Quia meretur poenas Pur-
gatorii. *Grossez S. J. Diar. Sanctor. 13
Sept.*

THESIS II. *Minimum quidem est
Matth. 13. v. 32.* Ita videtur pecca-
tum Veniale; & tamen Peccata Venialia
I. Animam maculant. II. Multis bo-
nis privant. III. Disponunt ad gravio-
ra. IV. Poenam inferunt. V. Deum
offendunt. VI. Animam obruunt mul-
titudine. *Faber; Dom. 5. post. Pent. Conc. 3*

THE

THESIS III. *Minimum.* Matth. 13. v. 32. Plus timendum est peccatum Veniale, quàm Mortale : quia Deus punit peccatum Veniale sæpe permissione Peccati Mortalis : peccatum verò Mortale solùm punit pœnis Inferni, quæ sunt minora mala, illò malò.

THESIS IV. *Cùm autem creverit, majus est omnibus.* Matth. 13. v. 32. *Peccatum quomodo contingat.* Visum sequitur cogitatio ; cogitationem delectatio ; delectationem consensus ; consensum Opus ; Opus consuetudo ; consuetudinem necessitas ; necessitatem desperatio ; desperationem damnatio. *Glossa in Job.*

THESIS V. *Minimum quidem est omnibus seminibus, cùm autem creverit, majus est omnibus Oleribus.* Matth. 13. v. 32. I. Paulatim à bono receditur. II. Paulatim acceditur ad malum. *Crasset. Confid. feria 4. post Dom. 20. Pent. part. 4. fol. 121. item Manna P. Segneri. 8. Aug.* *Sensum peccator.*

THESIS VI. *Eructabo abscondita.* Matth. 13. v. 35. *Malum.* Mala eveniunt vel I. ab hominibus, qui horum sunt Causæ secundæ. II. Vel ab adversis accidentibus, quæ eorum sunt Instrumenta.

menta. III. Vel à Deo, qui illorum est Causa primaria, & Universalis Res jam in eo consistit, qualiter nos gerere debeamus erga hæc Agentia? *Wespin. Dom. 6. post Epiph.*

Sinapi.

THESIS VII. *Grano Sinapis.* Matth. 12. v. 31. Sinapi caliginem oculorum detergit. II. Servit contra tinnitum aurium. III. Vim ignitam habet, & artus accendit. IV. Stomacho utilissimum est, pulmonibusque. V. Caput purgat, & excreationes promovet. VI. Lethargicos excitat, & appetitum provocat. Hæc omnia, suo modo facit Verbum Dei. *Faber hic Conc. 6.*

*Judicia
hominum.*

THESIS VIII. *Simile est Regnum Cælorum grano Sinapis.* Matth. 13. v. 35. Hujus vitæ labores sunt apparentes, parvi & momentanei, & tamen, si pro Dei gloria suscipiantur hæc. I. Apparentibus datur merces *Vera.* II. Parvis datur merces *Magna.* III. Momentaneis datur merces *Æterna.* *L. Selve Conc. 15. in Advent. fol. 279.*

*Peccatum
Veniale.*

THESIS IX. *Minimum quidem est.* Matth. 13. v. 32. Quod non tantum malum sit à Dæmone obsideri, quam *Pec-*

Peccatum Veniale committere. *Me-
noch, Centur. 6. c. 67.*

THESIS X. *Minimum quidem est. Fuga pec-
catorum.* Matth. 13. v. 32. Sic unum peccatum,
sicut omnia peccata, vitandum. *Paciu-
chell. in Jonam Lect. 53. §. 9.*

THESIS XI. *Minimum quidem est. Peccatum
remissum.* Matth. 13. v. 32. Quò sæpius pecca-
tum aliquod est remissum, hoc minùs
meretur illud remissionem; Nam I.
peccata antea ex fragilitate commissa
sunt postea peccata ingratitude,
contemptus, & malitiæ notâ insignita.
II. Peccata priùs vehementiâ passionis
alicujus admissa, subin peccata impœ-
nitentiæ, & ex cordis duritia profecta.
III. Peccata primùm defectus veniâ
digni, dein crimina inexcusabilia, &
immedicabilia apparent. Ita ut po-
steriora non solum pejora, quin &
peccata naturam suam mutare videan-
tur.

THESIS XII. *Minimum.* Matth. *Purgato-
rium.* 13. v. 32. I. Facile aliquis poenas
Purgatorij incurrit. II. Facile etiam
iisdem eximi potest. Ad illud sufficit
unum, & id minimum, peccatum Ve-
niale,

niale, ad hoc sæpè unus Actus Virtutis, vel bonum aliquod opus; frigida amore Dei pauperi, vel proximo, potest recta. Vide *Exhortationes meas de Purgat.* 3. & 4.

Ex minimo Cælum, Infernum.


THESIS XIII. *Minimum est.* Matth. 13. v. 32. I. Minimum est, ex quo sæpe pendet æterna Cæli felicitas. II. Minimum sæpe est, ex quo oritur Damnatio, seu æterna hominum infelicitas.

THESIS XIV. *Simile est Regnum cælorum fermento.* Matth. 13. v. 33. I. Doctrina Evangelica est fermentum, quod purificat Scientias humanas. II. Quod perficit Doctrinam Prophetarum. III. Quod sapere facit omnes Veritates. *Dictionar. Apost.*

Peccata Venial.

THESIS XV. *Minimum quidem est.* Matth. 13. v. 32. Peccata venialia summè evitanda sunt: I. Quia, quàm leves etiam sint ex eis vulnerationes, robur tamen amoris nostri erga Deum diminuunt. II. Quàm parvæ etiam sint maculæ, pulchritudinem animæ nostræ obfuscant. III. Quàm remissibiles sint eiusmodi errores, seu

verè tamen à Deo puniuntur. *Dictio-
nar. Apostolic.*



DOMINICA SEPTUAGESIMÆ.

THESIS I. *Pares illos nobis fecisti. Invidia.*
Matth. 20. v. 12. I. Invidus à
à Christo separatur. II. Cœlesti feli-
citate privatur. III. Inferni doloribus
cruciatur. *Vivien. Tertull. Præd.*

THESIS II. *Hi novissimi una hora Opera.*
fecerunt. Matth. 20. v. 12. *Operarius*
ille *Segnis* est, cujus plura opera plus
unò non valent. II, Ille verò *Strenuus*,
cujus unum Opus pluribus par est. *Dí-
dac. Niss. l. 11. Vit. Abraham. c. 1.*

THESIS III. *Exiit primò manè con- Labor.*
ducere *Operarios*. Matth. 20. v. 1. Non
possumus nos eximere à labore quâ
Homines, quâ *Peccatores*, quâ *Christiani*.
Quatuor causæ nos ad agendum nego-
tium Salutis nostræ compellunt, & qui-
dem sine intermissione. I. *Locus*, in
quo degimus. II. *Gratiæ* in hunc finem
à Deo nobis concessæ. III. *Præmia*
E labori